



OBSERVATIONES ^{1756 5/20 6}
DE
EMPTIONE
SERVITVTIS

AD L. LXXX. §. I. D. DE CONTRAH. EMPT

QVAS
PRAESIDE

CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIO ICTO
POTENTISSIMI REGIS POL. ET PRINC. ELECT. SAXON
CONSILIARIO AVLICO CODICIS PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS
ITEMQVE CONSIST. ECCLESIAST. AC SCABINAT
ASSESSORE ORDINIS IVRIDICI SENIORE
ET H. T. DECANO

DIE XXX. OCTOBR. A. Q. S. P. EST c. l. l. c. CLVI

IN AVDITORIO ICTORVM

AD DISPVTANDVM PROPONET

IOANNES HENRICVS SCHOENBERG
HAYNA COMITVM SAXO

VITEMBERGAE

EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

20

ORATIONES

EMPTORIS
SERVITIS

AD A. L. A. L. V. D. DE CONTRA. EMP.

TR. A. S. T. D.

CHRISTOPH. EVDOT. CRILLIUS

TOTENTISS. A. R. G. I. S. P. O. S. T. P. R. I. N. C. I. P. A. L. I. S. A. X. O. N.

CONSULARIO. A. V. G. I. S. C. O. D. I. C. I. S. P. R. O. F. E. S. S. O. R. I.

P. A. R. I. S. I. C. O. R. D. I. N. A. R. I. O. C. U. R. I. A. E. P. R. O. V. I. N. C. I. A. S.

ITEMQUE CONS. P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. A. S. C. O. M. M. U. N. I. T. A. T. I. S.

ASSESSOR. O. R. D. I. N. I. S. I. R. I. D. I. C. I. S. S. E. N. T. I. A. R. I. A. S.

ET P. D. E. C. A. N. O.


IOHANNES HENRICHUS SCHNEIDER

...

...

...





Lex LXXX. §. 1. D. de Contrab. Emptione

LABEO Lib. V. posterior. a IAVOLENO Epitom.

Huius rei EMPTIONEM posse fieri dixi, quae ex
meis aedibus in tuas aedes PROIECTA sunt, ut
ea mihi habere liceat: deque ea re ex EMPTO
agi.

I

ETIAM LIBERA CAPITA EMVNT sibi interdum SER-
VITVTEM, dum credunt, se libertatem inuenire. *L. 70.*
D. de Contrab. empt. §. 4. I. de Jur. person. Ita EQVVS ille
apud PHAEDRVM,

— paruae, inquit, uindictam rei
dum quaero demens, SERVITVTEM repperi.

Immo uero

— liceat Phrygio SERVIRE marito,
donaesque tuae Tyrios permittere dextrae.



Eleganter TACITVS, Britanniam, ait, quotidie EMERE
et pascere SERVITVTEM suam ^{a)}

a) PHAEDR. *Lib. IV. Fab. III. u. 9. 10.*

b) VIRG. *Lib. IV. Aen. u. 103.*

c) TAC. *in Vit. IVL. AGRICOL. Cap. XXXI.*

II

NEGOTIA, in quibus PECVNIA interuenit, quamuis
propriam naturam habeant, tamen uel EMPTIONI, uel
CONDVCTIONI comparantur. *L. 20. et L. 65. D. de Contrab.
empt. §. 3. I. de Locat. conduct.* Ita maritus uxori usumfru-
ctum fundi VNO NUMMO uel LOCARE uel VENDERE
potest. *L. 66. D. de Iure dotium.* Certe, si temporaria et
singularia sint negotia, magis CONDVCTIONI similia cen-
sentur. Ita CONTRACTVS FOENORIS, si usurae singulis
annis uel mensibus, ui conuentionis, soluuntur, CONDV-
CTIO NUMMORVM appellari solet:

omnia CONDVCTIS COEMENS obsonia NUMMIS. ^{a)}

Sed, quae in PERPETVVM acquiruntur, VNO PRETIO
generaliter CONSTITVTO, magis EMPTA iudicantur.
Hac significatione, apud TACITVM, ^{b)} nata mancipia SEMEL
tantum ueneunt, hoc est, uno pretio, quod semel exfol-
uendum est, VENDVNTVR

a) HORAT. *Lib. I. Serm. II. u. 9.*

b) TAC. *in Vit. IVL. AGRICOL. Cap. XXXI.*



III

OPERAE magis CONDUCUNTUR, quam EMUNTUR.
L. 9. pr. L. 23. pr. L. 25. pr. L. 39. §. 1. D. de Operis libert.
 Sed si, uno pretio soluto, in perpetuum, generaliter ac-
 quistae sunt, ius exigendarum operarum magis EMPTVM ui-
 detur, quam CONDUCTVM. *L. 13. §. 13. L. 31. §. 1. L. 33.*
D. de Act. empt. uend.

IV

SERVITUTES PRAEDIORVM inter viuos plerumque
 titulo ONEROSO acquiruntur. §. 4. *I. de Seru. praed.* Sac-
 pissime titulo EMPTIONIS. *L. 34. §. 1. L. 80. §. 1. D. de Con-*
trab. empt. L. 3. §. 2. D. de Act. empt. uend. L. 20. D. de
Seruit.

V

Inprimis SERVITUTES NECESSARIAE officio iudicis
 constituuntur, si uicino fundus suus sit inutilis, nisi SERVI-
 TUTI impetrata. *L. 41. pr. D. de Seruit. praed. urb. L. 15.*
§. 1. D. de Usu et usufr. legat. Sed, in hac specie, uicinus
 EMERE SERVITUTEM debet, certa pecunia, quae pretii
 locum obtinet, aut certe annua pensione damnum sarcire
 iubetur. *L. 12. pr. D. de Religios. L. 44. §. fin. D. de Legat. 1.*
 DE BERG. *Oecon. Iur. Lib. II. Tit. III. §. 5. not. 7.*



Omnis SERVITVS, quae invito imponitur, COMPEN-
SANDA est. Etiam NATVRALES SERVITVTES, cum
praedium inferius SERVIT superiori, compensantur pin-
guitudine succorum, quia superioribus locis ad inferiora de-
fluunt. *L. 1. §. 23. D. de Aqua et aquae plu. arcend.* Haec
commoditas est instar PRETII PRO SERVITVTE constituti.
d. L. 1. §. 23. D. de Aqua et aquae plu. arcend.

VII

In DIVISIONIBVS fundorum iudex alteri potest mino-
rem partem assignare, sed hac lege, ut alterius condomini
portio SERVITVTE oneretur ad augendam commoditatem
aut utilitatem vicini. *L. 7. §. 1. D. Comm. diuid. L. 22. §. 1. 2. 3.*
et L. 55. D. Famil. ercif. §. 5. I. de Offic. Iudic. Haec ADIVDI-
CATIO, per quam SERVITVS in iudiciis diuisoriis con-
stituitur, vicem EMPTIONIS obtinet. Ideoque SERVI-
TVS videtur EMPTA esse, quae per ADIVDICATIO-
NEM acquisita est. *L. 1. C. Comm. utraq. L. 2. §. 1. et*
L. 3. D. Fin. Regund.



VIII

SERVITVTES quidem strictam interpretationem postulant, sed PLENAM tamen SIGNIFICATIONEM habent, ut nihil detractum esse censeatur naturae communi SERVITVTIS, nisi quid specialiter PACTIONE aut praescriptione sit exceptum. *L. 12. §. 2. et L. 22. §. 2. D. de Vsu et Habit. L. 21. et L. 33. D. de Contrab. empt.* Hinc dicitur PLENVM ius seruitutis, *L. 6. D. de Seruit. legat.* hoc est, quod PLENAM SIGNIFICATIONEM habet. *L. 38. §. 4. D. de Vsur. et L. 1. §. 3. D. Si usufr. pet.*

IX

SERVITVTEM, quam precio EMIMVS, LIBERALIVS interpretamur, propter bonam fidem, qua hic contractus regitur. Itaque omnia INSTRUMENTA et ADMINICVLA, sine quibus SERVITVS exerceri nequit, simul concessa esse, iudicantur. *L. 47. L. 48. et L. 49. D. de Contrab. empt. L. 48. D. de Act. empt. uend. L. 1. pr. et §. 1. D. Si usufr. pet. L. 11. pr. et §. 1. D. Comm. praed.*



Is, cui aquae haustus, seu iter per fundum alienum,
 aquae ex riuo hauriendae caussa, concessimus, potest ripam
 etiam lapide *MVNIRE*, ut facilius possit descendere, si
 hoc sine fundi detrimento fiat. *L. 11. §. 1. D. Comm. praed.*
L. 10. D. de Seruit. L. 20. §. 1. D. de Seruit. Praed. Urb.
L. 3. §. 16. D. de Itin. actuque priu. Ita respondit
 Facult. Iurid. Viremb. Mense Septembr.

Anno 1756



Wildenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle
003 608 042


3



856







B.I.G.

Farbkarte #13

OBSERVATIONES 1756 5 20
DE
EMPTIONE
ERVITVTIS

AD L. LXXX. §. I. D. DE CONTRAH. EMPT

QVAS
PRAESIDE
RISTOPH. LVDOV. CRELLIO ICTO
ENTISSIMI REGIS POL. ET PRINC. ELECT. SAXON
NSILIARIO AVLICO CODICIS PROFESSORE
BLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS
TEMQVE CONSIST. ECCLESIAST. AC SCABINAT
ASSESSORE ORDINIS IVRIDICI SENIORE
ET H. T. DECANO

DIE XXX. OCTOBR. A. Q. S. P. EST 1756

IN AVDITORIO ICTORVM
AD DISPTANDVM PROPONET
OANNES HENRICVS SCHOENBERG
HAYNA COMITVM SAXO

VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

